





1787.

1. Braun, Joannes Adamus: Utrum matrimonii vinculum, et in casu adulterii alterius conjugum, juxta Tridentini canonem III. l. 24. jure divino, an solum jure ecclesiastico insolubile sit?
2. Greyl, Joannes Philippus: De juribus nationi Germanicae ex acceptatione secretorum Basileensium quaesitis, per concordata Aschaffenburgensia modificatis aut stabilitis.
3. Huber, Theophilus: In sensum secreti Grabacensis 1751. I de poenitentia circa divinum confessionis praeceptum commentatio Theologica.
4. Haffmann, Antonius: De vectigalium jure in genere, in specie vero de vectigalibus subdidicariis vulgo von Wehrgöllen.

1787.

5. Hyslein, Christianus: De usu recessus imperii
novissimi J. a. 1654 in judiciis Maguntinis.
6. Jung, Joannes: Dispensationum episcopaliunum historica
ex hibus primis seculis collecta et vindicata.
7. Kamper, Wigandus: Historia indulgentiarum
cum reflexionibus dogmaticis.
8. Koehler, Philippus Thomas: De emendanda re
Criminali.
9. ^{gnit} Romann, Jos. Math: De successione concubi-
nae, ss' sola superstes sit ad ill. Nov. 18 c. 5
et Nov. 89. c. 12. earumque applicationem
in Germania. 2 Exempl. 1787 & 1788.
10. Schuelz, Augustinus: De methodi in verbis
expectandi praestantia

ica
a.
f.
5
in
bis



1787
1. ...
2. ...
3. ...
4. ...
5. ...
6. ...
7. ...
8. ...
9. ...
10. ...
11. ...
12. ...
13. ...
14. ...
15. ...
16. ...
17. ...
18. ...
19. ...
20. ...
21. ...
22. ...
23. ...
24. ...
25. ...
26. ...
27. ...
28. ...
29. ...
30. ...
31. ...
32. ...
33. ...
34. ...
35. ...
36. ...
37. ...
38. ...
39. ...
40. ...
41. ...
42. ...
43. ...
44. ...
45. ...
46. ...
47. ...
48. ...
49. ...
50. ...
51. ...
52. ...
53. ...
54. ...
55. ...
56. ...
57. ...
58. ...
59. ...
60. ...
61. ...
62. ...
63. ...
64. ...
65. ...
66. ...
67. ...
68. ...
69. ...
70. ...
71. ...
72. ...
73. ...
74. ...
75. ...
76. ...
77. ...
78. ...
79. ...
80. ...
81. ...
82. ...
83. ...
84. ...
85. ...
86. ...
87. ...
88. ...
89. ...
90. ...
91. ...
92. ...
93. ...
94. ...
95. ...
96. ...
97. ...
98. ...
99. ...
100. ...







9
DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE
USU

1787, 5

RECESSUS IMPERII
NOVISSIMI

215
9

DE A. MDCLIV.

IN

JUDICIIS MOGUNTINIS.

QUAM

CONSENSU ILLUSTRIS JURE CONSULTORUM ORDINIS

PRO


SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET
PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

RITE CONSEQUENDIS PUBLICAE ERUDITORUM CENSURAE
SUBMITTIT ET DEFENDIT

CHRISTIANUS ITZSTEIN
AA. LL. ET PHILOSOPHIAE MAGISTER
DIE APRILIS MDCCLXXXVII.

MOGUNTIAE,

EX TYPOGRAPH. ELECT. AUL. ACAD. PRIV. APUD JOH. JOS. ALEF,
HAERED. HAEFFNER.



DECRETUM IN IURIS

JURIDICA

DE

1720

RECESSUS IMPERII

NOVISSIMI

DE A. 1713

IN

JUDICIS NOGUNTINIS

QUAM

CONFERRE ALIISQUE REBUS CONCORDIA ORDINE

ET

IN OMNIBUS REBUS QUAE AD HANC

CAUSAM PERTINENT

ET CONCORDIA REBUS QUAE AD HANC

CAUSAM PERTINENT

CAUSAM PERTINENT


CAUSAM PERTINENT

CAUSAM PERTINENT

M. O. V. T. R. E.

CAUSAM PERTINENT

CAUSAM PERTINENT



Handwritten marks or numbers on the right edge of the page, possibly indicating folio or page numbers.



EMINENTISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO
DOMINO
FRIDERICO CAROLO
JOSEPHO

SANCTAE SEDIS MOGUNTINAE
ARCHIEPISCOPO

S. R. I. PER GERMANIAM
ARCHICANCELLARIO

ET

PRINCIPI ELECTORI EPISCOPO
AC PRINCIPI WORMATIENSI

DOMINO DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

RELIGIONIS TUTORI VIGILANTISSIMO
JURIUM ECCLESIAE VINDICI ACERRIMO
SALUTIS ET LIBERTATIS PUBLICAE STATORI MAXIME STRENUO
JUSTITIAE PROMOTORI INDEFESSISSIMO
SCIENTIARUM AC BONARUM ARTIUM AUSPICI AC MOECENATI
MUNIFICENTISSIMO
PARNASSI MOGUNTINI RESTAURATORI AUGUSTISSIMO
PATRIAE PATRI IMMORTALITER MERITO

H O C
QUALECUNQUE ERUDITIONIS ACADEMICAE
S P E C I M E N
PIAE MENTIS MONUMENTUM
INTER ARDENTISSIMA
P R O
TANTI PRINCIPIS
LONGAeva INCOLUMITATE
V O T A
VENERABUNDUS

OFFERT, DICAT, CONSECRAT

SERVORUM INFIMUS
CHRISTIANUS ITZSTEIN.

INGRESSUS.

Specimen inaugurale pro summis in utroque jure honoribus rite obtinentis elaborare, meditati variae se offerebant materiae, lectu non minus jucundae, ac aetatis nostrae genio, fertili quippe plurimarum juris controversiarum illustrissimarum matri, prorsus accommodatae. Mihi prodesse potius, quam delectare, aut hinc et inde ad scopulos allidere amanti dignius prae reliquis videbatur in usum, quem Recessus Imperii no-

villi-

vissimus de A. 1654. in judiciis Moguntinis etiamnum praefat, indagare, majorem enim in discutiendis proximis juris fontibus, inter quos particulares Provinciarum et communes Imperii nostri leges absque dubio referuntur, navare operam, quam in legibus mere subsidiariis et commentationibus innumeris, quae vere camelorum onus dici possunt, jam illustratis, semper aequum putavi. Adverti insuper varia in hac praestantissima Imperii lege saluberrime esse constituta, quae legibus Moguntinis immutata non sunt, proinde observanda omnino forent, quae tamen non raro negligi solent. Dignum proinde videbatur eorum refricare memoriam, legisque Imperii usum, quatenus cum patriae legibus amice conspirat, revocare. Ansam id moliendi suppeditabat sapientissima, quam in calce Dissertationis ex integro exhibeo, JOANNIS PHILIPPI, ex illustrissima Sacri Romani Imperii Comitum de Schönborn prosapia, gloriosissimae

mae

mae memoriae Archiepiscopi et Electoris Moguntini
 quinta Decembris anno millesimo sexcentesimo sexagesimo
 septimo lata constitutio, qua disertissimis verbis iudicio
 suo electorali aulico praecipit, ut in causis quibuscun-
 que ubi legibus Moguntinis aliter, et quidem in specie
 ac verbis expressis, provisum non fuerit, ad ductum
 hujus legis pragmaticae agatur, procedatur, et decida-
 tur. Recte omnino et menti hujus legis Imperii pror-
 fus conformiter, ut probe jam observavit Jurisconsultus
 consummatissimus Jo. WOLFFG. TEXTOR *ad R. I. diff.*
IV. Thesi I. ubi scribit: *dispositio nostri Recessus Imperii*
non est consideranda ut sanctio quaedam ad solum camerale
judicium pertinens, sed potius ut lex communis etiam in sta-
tuum Dicasteriis observanda. Angustos Dissertationi aca-
 demicae praefixos limites longe excedere, integrumque
 conscribere tractatum necesse foret, si omnia et singula
 puncta, in quibus Recessus Imperii novissimus in iudiciis
 Mogun-

Moguntinis usum adhuc praefat, sigillatim disquirere, et determinare vellem. Sufficiet proinde ea, quae notabilia videbantur, in medium produxisse, id quod ea ratione peragam, ut ipsius Recessus Imperii ordinem sequar, et iis, quae scopo mihi praefixo infervire videntur, specialem observationem dedicem. Sit itaque.

OBSER-

OBSERVATIO I.

AD S. 35. R. I. N.

ACTOR COMPELLI NEQUIT, UT REO ANTE LITIS
CONTESTATIONEM DOCUMENTA EDAT.

Accidit non raro reum ab actore conventum petere, ut actor antequam reus litem contestetur, Documenta, quae praetensum actionis suae fundamentum superstruit, edat, ut his editis deliberare possit, an ejus intentioni satisfaciendo cedere, an contendere malit. Non iniqua primo obtutu videtur haec rei petitio. Volunt leges libellum reo cum termino congruo esse communicandum, ut deliberare possit, an satius ducat satisfacere, an controvertere, et litis decisionem judici committere. Concesso hoc sine concessa etiam debent esse media ad eum obtinendum necessaria, inter haec autem certe referenda est documentorum, quae actio innititur editio, nam his demum inspectis et probe ponderatis apparet, an iusta actori causa suffragetur. Videtur etiam haec una cum libello facienda documentorum editio aptissimum esse abbreviandarum litium remedium, cum jam iudex statim ab initio videre possit, an iusta de causa, an vero frivole et temere ad iudicium provocetur, ipsius adeo actoris commodum videtur rei petito suffragari; quodsi enim una cum libello simul edantur documenta, facilius erit reum statim a tempore litis motae in mala fide constituere, ut proinde jam malae fidei possessoris instar sententia sit condemnandus. Atque eadem haec sententia fovebat teste *perill. de Meiern a*). *Supremum Camerae Imperialis Tribunal b*) in
A verbis

verbis. Ware reiflich zu bedenken, ob nicht dem Proceß ein merklicher Vorschub gegeben werden könnte, wenn sowohl in Appellations als simplicis querelle Sachen das Mittel ergriffen würde, daß stracks cum productione libelli und erster Klage eine jede Partey — welche articulos er ferner zu beweisen und per documenta oder durch Zeugen zu probiren vorhahens wäre, in specie benamsete — auch zu dem Ende in primo oder respective secundo termino solche judici originaliter, oder aufs wenigste in vidimata copia exhibirte und vorzeigete, solche auch adversae parti alsbald una cum libello oder defensionalibus communicirte, und darauf zu handeln, kurzer Praejudicialtermin (pro circumstantia temporis et loci assignandus) gestattet, und derselbe zu antworten schuldig seyn müßte. Denn dadurch könnten viele vergebliche Submissiones verhindert, und dem judici alsbald vor Augen taliter qualiter gestellet werden, welcher Theil eine gute Sache fovirt, und nicht calumniose litigiren wollte etc. — Da, wenn die Sach gleich Anfangs cum exhibitione libelli (weil actor ohnedas allezeit paratus ad iudicium kommen soll) instruiret, und mit Documentis beleget, oder gnugsamen Zeugen bewiesen würde, (welche alsdenn, wenn es nicht zuvor geschehen, auf gebethene Commission förderlich abgehöret werden könnten) die Parteyen viel leichter ad Submissionem, und der Richter ad definitive pronuciandum kommen könnte. Hanc Camerae Imperialis sententiam adprobat Deputatio Imperii Francofurti A. 1644. sequentibus verbis: Die causas simplicis querelae, appellationis, und mandatorum cum clausula belangend, da halten die Churfürsten, auch deputirten Fürsten und Stände Gefandten, zu Beförderung der allzulangweiligen Kesspildung und höchst schädlichen Proceßsen, und zwar aus den von dem Cammergericht in ihren eingeschickten Considerationen angeführten, und mehreren Ursachen und Motifen nicht undienlich zu seyn, daß die Probatoria jederzeit una cum libello in primo termino, in secundo aber die Responiones, Defensionales, und gleichfalls cum probatoriis una cum exceptionibus contra probatoria vorzubringen seyn. Verum non adstipulatur his Reecessus Imperii novissimus, hic enim actoris arbitrio simpliciter reliquit, an velit documenta statim cum ipso libello edere, an in primo termino offerre an vero post litis contestationem producere. Testantur id verba hujus legis discretissima



~~1688~~

tissima §. 35. ita sancitur: Beneben bleibt einem jeden Kläger unverwehrt, sondern hiemit vergönnt, und zugelassen, auch in seine Willkühr gestellt, ob er die Probatoria, um sein selbst Bestes willen, zu Beschleunigung der Sachen, gleich bey Ausziehung der Prozeßsen, oder auch in dem ersten Termin, vornehmlich wann sie in brieflichen Urkunden bestünden, mit Production und Einführung der Klage einbringen, oder sich sonsten in andere Weg zum Beweisthum gefaßt machen; oder solches alles dahin, bis der Beklagte mit seiner Verantwortung einkommen, auf den zweiten Terminum verschieben wolle. Non desunt ponderosissima rationum momenta publicae hujus Imperii legis rationabilitatem evincentia. Ante litem a reo contestatam haud constat, an et quid reus actori neget; superfluae igitur probationis onere non raro gravaretur actor, si probationis documenta statim, et antequam reus ad libellum respondit, edere teneretur. Praeterea si actor statim teneretur una cum libello documenta sua, aliasque probationes edere, saepius evenire posset, eum in causa etiam justissima succumbere, et injustissimam rei astutiam victoriae palma coronari. Interdum reus de causae suae injustitia omnino convictus meruit, ne actori suppetant probationum media, quae hic intercepta jure dolet; hoc timore percussus cedit, consultius esse ducens, obligationi sponte satisfacere, quam condemnantem judicis sententiam non sine sumtuum profusione, et inusta temerarii litigatoris macula exspectare. Quodsi autem animadvertat actorem convincentibus probationum momentis destitui, calumniatur, et calumniando vincit. Accedit, quod Responso rei ad libellum actori possit esse proficua, eumque ab onere probandi relevare, ne ergo commodo hoc defraudetur, actori non est injungendum, ut documenta edat, antequam reus responderit, cum alias reo antea suppeditaretur exceptiones suas non juxta rei veritatem, sed ad ductum probatarum ab actore probationum dolose et captiose dimitteri. Denique ad id, ut judex simplicem citationem decernat, opus haud est, ut actoris jura et probationes perspiciat, citatio enim nihil praepjudicii infert reo, sed actoris tantum periculo asserta sua non probantis ac proinde in omnes litis expensas condemnandi emanat. Cum igitur ex praedeductis extra omnem controversiam positum sit, *Recessum Imperii novissimum* actoris arbitrio relinquere, velitne

velitne documenta statim cum ipso libello edere, an in primo termino offerre, an vero post litis contestationem producere, in arbitrio rei esse haud potest, electionem hanc actori, quam leges ipsi concedunt, auferre. Nec in contrarium quid evincit, quod obijciunt dissentientes, scilicet reum ante litis contestationem deliberare debere, utrum contendere an cedere malit, atque ad hoc inspectione documentorum opus esse; observavit enim jam *celeberrimus Leyserus c)* ad deliberationem istam non plenam, quae per documentorum productionem fit, probationem, sed aliqualem tantum informationem, ad quam exemplum libelli *per Recessum Imperii novissimum §. 37.* sufficit, requiri.

a) in Act. comit. Ratisb. Tom. II. pag. 143.

b) in dem Bedenken, die Verbesserung des Justitzwefens betreffend de A. 1643.

c) in medit. ad II. Spec. XXXVIII. med. 5.

OBSERVATIO II.

AD §. XXXVIII. R. I. N.

REUS IN PRIMO TERMINO PROROGATIONEM PETENS AUDIENDUS NON EST, NISI ALLEGATIS CAUSIS JUSTIFICANTIBUS, ET OPPOSITIS DILATORIIIS, SIMILIBUSQUE ALIIS EXCEPTIONIBUS.

Leges Romanorum favorem reorum ubique spirare, et quibuscunque modis iis prospicere solere, res est omnibus notissima. Atque inde esse arbitror, quod tempus excipiendi non definirent, sed arbitrio reorum relinquerent, quo velint tempore toto litis progressu exceptiones proferre, prout aut nascuntur, aut iis uti lubet. Amplissima haec exceptionum proponendarum libertas jure Germanico est restricta; Ordinatione enim Camerali reus dilatorias excep-

*exceptiones summarie, et quidem in primo termino sub poena
 praecclusionis proponere tenetur. Confirmat idipsum Recessus Im-
 perii novissimus de A. 1654. §. 37. his verbis: Wenn nun der Klä-
 ger seiner Seits in Termino reproductionis allem ein Genüge geleis-
 tet haben wird, so soll der Beklagte ebenmäßig in primo Termino
 erscheinen, und weil er sich aus der Ladung und beygefügetem Li-
 bello, auch einverlebtem Gehalt der Action auf die Sach unter wäh-
 renden Erscheinungstermin genugsam bedenken, auch seinem Anwald
 Bericht und Handlung zustellen können, in diesem Termin auf die
 Klage mit hinführiger Vorwerf- und Abschmeidung des Wegs der
 Peremptoralien, Elisiv- Additional- und anderer waserley Artikeln,
 nur allein die Probatorialien ausgenommen, kurz, nervose und deut-
 lich, auch unterschiedlich und klar, ob und worin das factum anderst
 als vom Kläger vorbracht, und wie es sich eigentlich verhalte, spe-
 cifice und auf jeden Punkten, mit allen seinen Umständen anzeigen:
 wie auch was er dabey dilatorie oder peremptorie einzuwen-
 den haben möchte, alles auf einmal bey Strafe der Praecclusion ein-
 zubringen. Idem omnino statuit Eminentissimus Legislator Mo-
 guntinus in Ordinatione Judicii Electoralis aulici tit. XXVII. §. 1
 et 2 in verbis: So der Kläger oder Appellant, wie obgemeldet, ge-
 handelt, auch die Caution pro solvendo judicato et expensis geleistet,
 und die acta eingebracht hat, solle der Appellat oder sein Anwald
 die Kriegs- Befestigung mit der Antwort sogleich eingeben, es seye
 dann, daß er sich nicht schuldig erachtete, sich auf die Klage ein-
 zulassen, und dersfalls rechtmäßige exceptiones zu haben vermeynte,
 in welchem Fall solche ihm zwar vorzuschützen ohnbenommen, er
 aber dabey schuldig seyn solle, beynebst diesem, auch alle andere Pe-
 remptorias zugleich mit den Probatorialibus, und auf einmal, auch
 dieselbige, nach Gestalt der Sachen, und ihrer Art und Eigenschaft,
 entweder pure oder eventualiter, nach Maßgab des jüngern Reichs-
 Abschieds §. 69. mit einzubringen, und also litem zu contestiren, da-
 mit die Haupt-Sach dadurch nicht möge aufgehalten werden, und
 dieses zwar sub poena praecclusionis eas ulterius proponendi, es wäre
 dann, daß unser Hofgericht in Verfolg der Sachen ein anderes, und
 auf deren Admission gestalten Umständen nach erkennen thäte. —
 §. 2. was die exceptiones fori declinatorias in specie betrifft, bleibt*

es.

es bey dem, was desfalls in besagtem und anderen Reichs- Abschieden statuiret ist. Sapientissimae certe sunt hae legum dispositiones; qua enim ratione reipublicae interest eos adjuvari, qui vel inimicorum injuria, vel malorum hominum fraude perniciosis implicantur litibus, eadem etiam ratione interest, ut lites habeant exitum, neque in aeternum protrahantur, aut ne actoribus juste petentibus pro jure reddatur injuria. Ad ductum harum legum deberent igitur in primo termino omnes exceptiones tam dilatoriae quam peremptoriae saltem eventualiter in regula a) proponi; Verum non raro id a Caesarum patronis omnino negligi animadverti, praecipue in casu, quo extraneus subditum Moguntinum in judicium vocat, atque ille super expensis cautionem praestare tenetur; jam enim Procuratores solent communicato sibi libello simplicem recessum scriptum offerre judici, et in eo petitum pro praestanda cautione, quin in causa principali vel verbulo respondeant, formare, unde saepius evenit per plures menses super solo puncto cautionis disputationem differri. Mereretur sane haec crassissima Imperii et patriae legum violatio congruam poenalem animadversionem, qua coercendi forent, qui supine adeo in leges peccant, quid enim prodest rempublicam bonis et utilibus decoratam esse legibus, nisi insimul poena adversus eos, qui fraudem iisdem faciunt severe executioni mandetur. Verum dum abusum hunc perfringo, incido in alium longe frequentiore, qui in foro plerumque, et ita quidem triumphat, ut legis Imperii saluberrimae vix extet memoria. In R. J. N. §. 38. sequens reperitur constitutio: *Wäre er dann, daß die Sache dermaßen wichtig, umschweif- und weiltäufig angesehen und befunden würde, daß dem Citirten, über alle angewandte Mühe und Fleiß, mit hauptsächlicher Handlung fertig zu erscheinen unmöglich gefallen, soll ihm solcher coram Deputatis zu entschuldigen, und Prorogationem Termini, doch ohne Gefährde, zu bitten erlaubt; hingegen derselbe die Ursachen solcher Prorogation, nach Erkenntniß des Richters, eydlich zu betheuren erbietig und gefaßt seyn. Nichtsdestoweniger aber, sowohl in diesem Fall als insgemein, soll ein jeder Beklagter und Antwortter, wann er verzügliche oder andere dergleichen Exceptiones vorzunehmen hätte, dieselbe auf diesem ersten*

ersten Termin praecise alle sämtlich miteinander, in Schriften oder mündlich, jedoch der Ordnung gemäß vorbringen: mit dem Anhang, so jemand deren eine oder mehr, oder sie alle unterlassen würde, daß ihm hernach der Weg solches zu thun, oder vorzubringen, benommen seyn, auch ferners beschehen soll was recht etc. In sistendo huic legi deberet citatus, qui in termino sibi praefixo exceptiones suas proponere iusta ex causa impeditus est, ideoque prorogationem petit, 1) causas, quae prorogationem necessariam faciunt, allegare; 2) eorum veritatem, exigente id iudice, iurejurando confirmare, ac 3) omnes suas exceptiones dilatorias aliasque similes, sub quibus teste **BLUMIO** b) **TEXTORE** c) et **NEURODIO** d) exceptiones peremptoriae intelliguntur, quae in vim dilatarum proponuntur, quales cum primis sunt tres illae a) rei iudicatae, b) iurisjurandi iudicialis, et c) transactionis, dummodo in continenti probari possint, sub poena praecclusi opponere. Verum in alia omnia abit praxis. Videmus indies causarum patronos in termino, ubi exceptiones opponere necesse foret, prorogationem termini absque ulla causarum allegatione petere, de opponendis exceptionibus nequidem cogitare, ac hisce legum violationibus a iudicibus, prorogationem non observatis iis, quae observanda forent, concedentibus indulgeri. Quod Recessus Imperii eatenus non observetur, ut veritas causarum, propter quas prorogatio petitur, iurejurando sit confirmanda, meo iudicio laude omnino dignum est, verissimum enim est, quod observavit **DEL BENE** Ictus Hispanus medicinae instar se habere jus iurandum, quae si saepius admoveatur corpori, detrimentum affert membris, et tunc demum sua gaudet efficacitate, si necessitas eam adhibendam esse moneat. Nullam autem adesse necessitatem, quae iuramenti ejusmodi praestationem exigat, ante me viri celeberrimi, quorum nomina attulisse sufficiet, e. c. **AYRER** e), **SCHNEID** f), aliique plures, ad quos benevolam lectorem ablego, evicere. Ne ergo, ut praecclare inquit **AUGUSTINUS** g) iuramenta adjiciantur, non ut a sceleribus prohiberentur homines, sed ut perjuria quoque adderentur sceleribus, merito hujus iuramenti usus e Germaniae foris plerisque proscriptus est. Quod autem in termino, in quo in causa principali excipere oporteret, prorogationes petantur et indulgeantur, quin causae justificantes enumerentur;



tur; quod oppositiones exceptionum dilatoriarum prorsus negligantur, quam maxime improbandum mihi videtur. Ex causis certe gravissimis lex Imperii publica, haec, dum prorogatio petitur, observanda esse determinavit; rationes hujus legis nostris adhuc temporibus supersunt, et quidem in Tribunalibus Statuum Imperii potius, quam in ipsis supremis Imperii Tribunalibus, quia illa hoc modo constituta sunt, ut causae cujuscunque generis intra breve temporis spatium decidi possint, quid ergo prohibet, quominus Status Imperii pro suis territoriis legis Imperii sapientissimae dispositionem in usum et exercitium revocent, et conclusum *visitationis Cameralis* de dato 6. Octobris 1768. h) suum faciant.

- a) Sicut nulla regula est sine exceptione, ita et haec varias patitur exceptiones, quas hic referre instituti mei non est, praecipue, cum quoad hoc punctum otium mihi fecerit Jo. FRIDER. DOLES in *diff. de exceptionibus post interlocutionem super litis contestatione extra ordinem valide opponendis*. Lips. 1776.
- b) in *Proc. Camer. Tit. 69. n. 36. et 37.*
- c) ad R. J. *diff. IV. §. 37.*
- d) in *der pragmatischen Erläuterung des jüngern Reichsabschieds p. 187.*
- e) in *Tr. de Juram. dub. X. §. 12.*
- f) in *Tr. de abusu juramentorum e republ. proscrubendo.*
- g) in *Progr. Der Eid nach dem Gesichtspunkte der gesetzgeberischen Klugheit betrachtet. Würceb. 1785.*
- h) Verba ejus haec sunt: *Den ältern heilsamen Verordnungen (in Betreff der Prorogationen) soll besser nachgekommen, und gegen die Uebertreter mit wirklicher Suspension, Cassation oder sonstigen Strafen unmaßsichtlich verfahren werden.*

OBSER-

OBSERVATIO III.

AD §. LVIII. R. J. N.

RATIONE JUSTIFICANDAE APPELLATIONIS IN-
 GNIS EST DIFFERENTIA INTER APPELLATIO-
 NEM AB INTERLOCUTORIA VIM DEFINITIVAE
 HABENTE, ET AB EA, QUAE GRAVAMEN IN-
 FERT PER SENTENTIAM DEFINITIVAM, AUT
 PER APPELLATIONEM AB EA IRREPARABILE.

Plures a legibus introductae sunt instantiae, ut repetita in iis causae cognitione eo certius disquiri et decerni possit, an Judex recte judicaverit, nec ne, sicque iis, qui Judicem a tramite veri et justae aberrasse, sive in administranda justitia, praescripta legum haud observasse contendunt, auxilium in remediis quaerere liceat. Inter varia hujus generis remedia in foris Germanicis usitata eminent facultas appellandi *a*) eum in finem introducta, ut pars se gravatam putans, remedium nanciscatur, meliorem justitiam consequendi *b*). Cum autem saluberrimo appellationis remedio non raro abuterentur litigatores frivoli et calumniosi, atque in eo palladium iniquitatis quaerent, maximo cum ardore in excogitandis abusus tollendi remediis desudarunt legum auctores, variisque modis appellandi facultatem restrinxerunt, ita, ut in quibusdam casibus plane non, in aliis non nisi sub certis conditionibus reciperetur appellatio. Integrum conscribere tractatum necesse foret, si omnia et singula, quae appellationi obstare possunt, hic exponere vellem. Sufficiet scopo dissertationis meae hic discussisse, an et quatenus a sententia interlocutoria liceat appellare. Res est nota omnibus, sententiam, quae litem plenarie decidit, *definitivam*; eam vero, quae decidit tantum articulum quendam praeliminarem, aut incidentem, *interlocutoriam*; hancque, si decisio talis articuli directo nullum habet influxum in decisionem causae principalis, atque subsistit in termino articuli, super qua lata est, *interlocutoriam simplicem*, seu
 B meram;

meram; si vero talis decidatur articulus, qui causae principali sic praedecidat, ut hujus ipsius decisio inde dependeat, lataque proin interlocutoria directum habeat influxum in securam suo tempore definitivam, *mixtam* seu *praegnantem*, quae vim definitivae habet, dici. Quod ab omni sententia definitiva, ceteris paribus, appellari possit, extra omne dubium positum est. Quantum vero ad sententias interlocutorias attinet, certum est *jure civili romano* ab interlocutoriis appellare non licere *c*), nisi vel gravamen irrevocabile contineant *d*), e. c. ex quo per necessariam consequentiam totius causae decisio quodammodo dependet, quod toties contingere dicitur, quoties gravamen nec per ipsam definitivam sententiam, nec per appellationem a sententia definitiva reparari potest; vel mixtae sint; et quis superflua probatione oneretur *e*). Secundum jus Decretalium vero a quocunque gravamine sive judiciali sive extrajudiciali, proinde a sententiis etiam interlocutoriis simplicibus, gravamen per appellationem a definitiva irreparabile haud inferentibus, imo a Decretis mere provisionalibus potuit appellari et provocari *f*). Contra hanc illimitatam appellationum frequentiam conquesti sunt omnium nationum Episcopi, in Concilio Basileensi remedium contra illas sollicitantes, quod etiam Eugenius IV. Papa sess. XX. anno 1435. tulit lato a Patribus consilii Decreto contra frivole appellantes, ne super eodem gravamine aut super eadem interlocutoria vim definitivae non habente secundo appelletur. Decreti tenor verbalis hic est: *Ut lites citius terminentur super eodem gravamine, aut super eadem interlocutoria, vim definitivae non habente, nullatenus liceat secundo appellare, quodque ante definitivam frivole, vel injuste appellans ultra condemnationem expensarum, damnorum, et interesse in quindecim florenos Auri de Camera parti appellatae per appellationis judicium condemnentur.* Cum autem Patres hujus concilii Decretum hoc ceu insufficientem contra abusum agnovissent, aliud Decretum efficacius condidit Sessioe XXXI. prohibens, *ne a gravamine in quacunque instantia ante definitivam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale gravamen extiterit, quod in sententia definitiva reparari nequiret.* Decretum hoc cum fuisset latum a Patribus, dissoluto jam concilio ab Eugenio IV, ac propterea ex hac causa auctoritatem non haberet, illud ob sui utilitatem recepit

recepit Natio nostra Germanica Moguntiae anno 1439. Inter concordata Principum, quibus consensu suo brevi ante obitum accessit EUGENIUS Papa, confirmatis quoque iis et acceptatis a successore ejus NICOLAO V g). Idem dein frivolis appellationibus injecit froenum *Concilium Tridentinum*, dum sess. XXIV. cap. 20. de reformatione. Sequentem in modum ordinavit: *Causae omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia eorum ordinariis locorum duntaxat cognoscantur, atque omnino, saltem infra biennium a die motae litis, terminentur: alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum iudices superiores, alias tamen competentes, adire; qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, et quamprimum terminarent, nec antea aliis committantur, nec avocentur: neque appellationes ab eisdem interpositae, per superiores quoscunque recipiantur; eorumve Commissio, aut inhibitio fiat, nisi a definitiva, vel a definitiva vim habente, et cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat.* Ne quoque in Tribunalibus Romanis reciperentur appellationes ejusmodi irregulares, summi Pontifices Regulam praescripserunt Cancellariae suae, inhaesivam concilio Basileensi, et conformem Decreto concilii Tridentini h). Patet ex his jus ecclesiasticum particulare Germaniae non minus, quam jus ecclesiasticum commune recentioris aevi cum jure romano ratione appellationum adversus sententias interlocutorias interpositarum amicissime conspirare. Haec ipsa principia, quae circa appellationes a sententiis interlocutoriis stabilivit jus romanum, et concordata Principum, sua fecerunt Imperatores et status Imperii anno 1495. in comitiis Wormatiensibus sequentibus verbis: *Als täglich durch unnotdürftig und fräventlich appellation, die von Beyurteilen, interlocutoriae genannt, gevärlich, um verlängerung des Rechten beschehen, auch vil Kosten und Schäden erlitten werden, so sol hinfüran das Camergericht die Appellation von solchen interlocutorien nit annehmen, wo die Beschwörung, in der Appellation bestymmt, durch die Appellation von der Endurteil der Hauptsach möcht erstatt, und herwider bracht werden, wie das in Keyserlichen Rechten geordent und begriffen ist i).* Haec Ordinatio in Recessibus Imperii anno 1508. 1523. 1555. ac demum in

in Reffeffu noviffimo, cujus tenorem verbalem ftudiofe hie lectoris oculis fubjicio fequentem in modum fuit confirmata: In Appellation-Sachen laffen wir es bey der Ordnung Part. 3. tit. 31. und in folgenden Reichs- und Deputations-Abfchieden gemachten Verbefserung fo fern bewenden, daß in primo Termino der Appellant, durch feinen gevollmächtigten Procuratoren, mit kurzen Worten die ergangene Appellations-Proceß reproduciren: Formalia mit Vorbringung Aftorum, vel Instrumenti appellationis et Documenti requisitionis alsbald justificiren: und fo fern von einer Bey-Urtheil, die nicht Kraft einer End-Urtheil hätte, appelliret worden wäre, anftatt der Appellations-Klag fein Instrumentum oder fchedulam appellationis, mündlich oder in Schriften, unter gewöhnlichem praejudicio, nicht allein wiederholen; fondern auch in diefem Fall der Appellation ab interlocutoria, folch fein Instrumentum oder fchedulam appellationis in fo vielen durch einen Protonotarien vidimirten Copien, als der Appellanten feyn, denfelben, damit fie mit ihrer Gegen-Nothdurft in Termino darauf gefaßt erfcheinen können, mit famt den Appellations-Proceffen infinuiren laffen: auch in Puncto Compulforialium, inhibitionum et attentatorum auf die Poen, oder fonft gebührend verfahren foll. — Has Latii, Imperii et Ecclefiae leges faluberrimas in fubditorum fuorum memoriam revocavit gloriofiffimae memoriae Archiepifcopus et Elector Moguntinus JOANNES FRIDERICUS CAROLUS, dum in Ordinatione Judicii Aulici Tit. XXII. ita fancit: (§. 2.) Desgleichen föllen alle und jede Appellations-Sachen, fo an unfer Hofgericht als ordentlichen Oberrichter und ihrer Art und Eigenschaft nach dahin gehören, von Bey- und Ends-Urtheilen, davon die Kayferliche Rechten zu appelliren geftatten, — an unferm Hofgericht angenommen, und laut diefer unferer Verordnung gerechtfertiget werden. — (§. 5.) Die Appellationes aber, fo von Befcheid, Beyurtheilen und Befchwerungen an uns oder unfer Hofgericht befchehen, die föllen an unferm Hofgericht ehender nicht angenommen werden, es wäre dann, daß folcher Befcheid, Beyurtheil oder Befchwernuffen auf fich End-Urtheil trügen, oder daß die Befchwernuß in dem End-Urtheil nicht mögte wiederholet werden, oder fonften andere Urfachen wären, aus welchen die gemeine Kayferliche Rechten zu appelliren zu geben.

Ex

Ex haftenis deductis elucet, quod insistendo juri romano, insistendo Decreto concilii Basileensis a Natione germanica acceptatis, insistendo Decreto concilii Tridentini, insistendo legibus Imperii, insistendo juri statutorio Moguntino, a sententia interlocutoria tunc demum appellari possit, si vel vim definitivae habeat, vel per eam inferatur gravamen per sententiam definitivam, aut per appellationem ab ea irreparabile. Verum insignis adhuc superest inter sententiam interlocutoriam vim definitivae habentem, et eam quae gravamen infert per sententiam definitivam, aut per appellationem ab ea irreparabile, circa justificandam appellationem differentia per Recessum Imperii novissimum introducta, litium ambagibus praefciscendis maxime accomoda, et in praxi, quantum mihi constat, penitus neglecta. Circa modum justificandi appellationem, contra sententiam definitivam aut interlocutoriam, vim definitivae habentem, interpositam, *Recessus Imperii novissimus loc. cit.* nullum prorsum facit discrimen. Quando autem de justificatione appellationis a sententia interlocutoria, vim definitivae quidem non habente, sed tamen gravamen per sententiam definitivam, aut per appellationem ab ea irreparabile, inferente, loquitur, sancit, libellum in instantia appellationis non esse offerendum, sed unice per schedulam appellationis, cui gravamina per sententiam interlocutoriam illata verbis disertis inferenda sunt, appellationem esse justificandam; unde sponte fluit in tali appellatione notum illud beneficium nondum deducta deducendi, nondum probata probandi, prorsus exulare. Otium mihi hic fecere viri celeberrimi GYLMANNUS, GAMBISIUS, MYNSINGERUS, RODINGIUS, et qui loco omnium esse potest NEURODIUS k), cujus momenta ulterioris deductionis loco hic retulisse sufficet. Sunt autem sequentia: *wird von dergleichen Beyurtheil appelliret: so muß die Appellation schriftlich geschehen, und sollen in dem Appellations-Zettel die Beschwerden namentlich eingedrucket werden. Doch wird hier kein absonderliches Libell abgefasset, sondern besagte schedula appellationis statt derselben übergeben, und mit solchen die Appellation justificiret. Mithin findet hier die bey dem Appellations-Proceß sonst bekannte Rechtsregul: Non probata probabo, non deducta deducam, keine Statt. Unser R. A. verordnet, daß wenn von einem Beyurtheil appelliret würde, das nicht die*
Kraft

Kraft eines Endurtheils hätte, so solle *schedula appellationis* mündlich oder schriftlich wiederholet, und jedem Appellanten eine Copey, mit samt dem Appellations-Proceß zu gestellet werden. Dieses ist aus der C. G. O. genommen, allwo es P. III. Tit. XXXI. §. 10. heisset: Und so fern von einer Beschwerung oder Beyurtheil, die nicht Kraft einer Endurtheil hätte, appelliret worden wäre, soll der Appellant anstatt der Appellation-Klag sein *Instrumentum* oder *schedulam appellationis* mündlich oder in Schriften repetiren, und darauf mit wenig Worten begehren zu erkennen, daß nichtiglich oder übel gerurtheilt, und wohl appellirt sey.

- a) *Amplissima est scriptorum, qui hoc juris beneficium exposuere series, quam exhibet LIPENII Bibliotheca real. jurid. Tom. I. Lips. 1757. et AUG. FRID. SCHOTTI Supplementa ad eandem, voc. appellatio. Adhuc addi possunt TEXTOR ad R. J. N. diff. XI. de appellationibus. EPH. SCHMIDLIN in controversis quaestionibus ex appellationum materia selectis. Tubing. 1568. Jo. LANGIUS in diff. de appellationibus, PASIL. 1606. Jo. HALBRITTER in diff. de appellationibus remedio contra judicantium gravamina praesentissimo. Tubing. 1626. Jo. JAC. BEHREIN in diff. de appellationibus. Gieff. 1654. Jo. VALENT. STRAUS de appellationibus Mogunt. 1728. OTTO LUDOV. DE EICHMANN de appellacione. Duisburgi 1771. aliique plures.*
- b) *L. I. pr. de appellat. et relat. Inprimis vero in foris nostris germanicis appellacionibus eo magis indulgendum est, quo facilius contingere potest, ut Judex in tanta Jurium multitudine et incertitudine atque in illis ad species obvenientes applicandis difficultate, in causis controversis cognoscendis et decidendis labi possit. Ut perplexitatem casuum et factorum taceam, atque dubiam conventionum, testamentorum, aliarumque dispositionum interpretationem, in quibus prudentissimi judices nonnunquam hallucinantur. Quam dura esset litigatoris conditio, si fortunae ejus ab una sententia pendere deberent, et uno quasi ictu prostratus succumbere necesse haberet!*
- c) *L. I. de appell. L. 7. C. quar. appell. non recip. L. 16. C. de jud.*
- d) *L. 2. de appell. recip.*
- e) *L.*

- e) L. B. DE CRAMER in O. F. U. T. I. obs. 248.
- f) Tot. Tit. de Appell. VAN ESPEN J. E. U. P. III. Tit. X. C. I.
- g) Conf. Concor. d. germ. Tom. I.
- h) Solidissime haec pro more suo deduxit. A. HEDDERICH in *diff. de appellationibus praecipue a sententiis interlocutoriis* Bonnae 1783. Extat in ejus *Dissertationum Juris eccles. germanici successive editarum Volum. I. n. XVIII.*
- i) Conf. *Neue und vollständigere Sammlung der Reichsabschiede. Frankfurt 1737. II. pag. 9.*
- h) *In der pragmatischen Erläuterung des jüngern Reichsabschieds p. 251.*

OBSERVATIO IV.

AD §. CVII.

APPELLATIO IN CAUSIS CAMBIALIBUS EFFECTUM
SUSPENSIVUM NON HABET.

Variis exemplis edoctus novi appellationi in causis cambialibus in praxi Moguntina effectum suspensivum non raro indulgeri; non indignum proinde mihi videtur disquirere, num praxis haec legum functionibus sit adcomodata. Quodsi ordinationes Cambiales hunc effectum appellationi attribuunt, prout de jure Cambiali Bavarico id testatur MOSHAMMES a), res dubio vacat. Quodsi autem hae nihil definiant, aut forte prorsus, uti in terris Moguntinis deficient, quaestio haec altioris momenti videri posset; mihi tamen, ni omnia me fallant, certum prorsus ac indubitatum videtur appellationi in causis Cambialibus effectum suspensivum prorsus esse denegandum. Particularibus institutis deficientibus ad Leges Imperii est recurrendum, eaeque in causis etiam Cambialibus sequendae sunt b). Observatur etiam jus Cambiale Imperii in terris Hassiacis, Hanoicis c), Franco-

Francofurti ad Moenum d), Vindobonae e), Coloniensibus f),
 palatinis provinciis g), Bremae, Sundii h), Lubecae i), Angu-
 sto-Vindelicorum k), Norimbergae l), Argentorati m), Geda-
 ni n), in specie etiam in terris Moguntinis o), aliisque locis et
 regionibus. Certum autem est leges Imperii appellationi in causis
 cambialibus effectum suspensivum denegare. Audiamus *Recessum*
Imperii novissimum, qui §. CVII. verbis clarissimis rem ita
 definit: *Als auch bey den Handels-Städten, in Wechsel-Sachen, zu*
Meß-Zeiten und sonst casus verfallen, da nicht allein nach Kauf-
manns-Gebrauch, sondern nach aller Rechts-Gelehrten Meynung
die parata Executio stracks Platz haben soll, und innerhalb vier und
zwanzig Stunden, oder etlich wenig Tagen zu geschehen pflegt:
So lassen wir es auch, damit die Creditores nicht öfters aus bloßer
Wiedersezlichkeit der Schuldiger, nicht allein um die Schuld selb-
sten, sondern auch um allen Credit, Ehr und Nahrung gebracht
werden, darbey dergestalt verbleiben: daß in solchen Wechsels-Fäl-
len dem Richter erster Instanz unbenommen seyn soll, ohngehin-
dert einiger Appellation oder Provocation, nach der
Sachen Befind und Ermäßigung, entweder mit, oder ohne Caution
der Gleubiger, die Execution zu vollziehen, und die Debitores zur
Schuldigkeit anzuhalten. — Hanc Recessus Imperii novissimi dis-
positionem a Comitibus Imperii adhucdum perdurantibus renovatam
esse patet ex iis, quae in hanc rem scribit NEUROB p) in verbis:
die Verordmung unsers Reichs-Abschiedes wird erneuert in dem bey
dem fürwährendem Reichs-Tag beliebtem Anfang des neuen Reichs-
Abschiedes 1671 ibi: Nachdem auch fünftens, zu Abkürzung der
Proceße in Handels-Sachen, bereits im nächst vorigen Reichs-
Abschied de A. 1654. §. 107. statuirrt worden, daß in Wechsel-Fällen,
da nicht allein nach Kaufmanns-Gebrauch, sondern auch nach aller
Rechtsgelehrten Meynung die parata Executio Platz hat, es dabey
dergestalt zu lassen, daß dem Richter ersterer Instanz ohnbenommen
seyn solle, ohngehindert einiger Appellation oder Provocation, nach
der Sachen Befind- und Ermessung, entweder mit, oder ohne Cau-
tion der Gleubiger die Execution zu vollziehen, und die Debitores
zur Schuldigkeit anzuhalten. Als hat es bey solcher Constitution
nicht nur allein allerdings sein Verbleiben, sondern Wir ordnen und
setzen

Setzen dabey noch ferners, daß selbige auch in andern, jedoch aber nur dergleichen Kauf- und Handels-Fällen, welche nicht weniger, als die in bedeutem §. angezogene Wechsel-Sachen, liquid seyn, und vermög der Rechten, paratam Executionem nach sich ziehen, statt haben, sodann nach der bekannten Handels-Regel: Qui acceptat, solvat, in acceptirten Wechsel - Briefen die exceptio non numeratae pecuniae nicht angenommen werden, hingegen aber dergleichen Acceptationes, zu Verhütung vieler Irrungen und weitläufiger Prozesse, schriftlich geschehen sollen; jedoch, daß nichts destoweniger, wegen der mündlich acceptirten Wechsel-Briefe, es bey den Rechten und Observanz sein Bewenden habe. So solle auch von den Obrigkeiten, und Unter-Richtern in Gewerb - Meß- und Handels-Sachen, ehe und bevor die Appellations- und Mandat-Processe erkannt werden, wie nicht weniger vor Eröffnung der Urtheil, verständiger Kaufleute Gutachten circa factum mercantile vernommen, und nachgehends der höchsten Tribunalien arbitrio anheim gegeben werden — Cum his Imperii legibus amice conspirant pleraeq; Ordinationes Cambiales, e. c. jus cambiale Brandenburgicum de A. 1725. art. 59, Ordin. nat. camb. Bruffica de A. 1751. art. 12., Ordin. Camb. Guelpherbytana art. 58., Ordin. Camb. Bremensis art. 59., ordin. Camb. Palatina art. 72., Ordin. Proc. Saxon. recogn. in adpend. §. 12. Ordin. Camb. Württembergica Cap. 9. §. 1. et 2. Ordin. Camb. Feverana §. 28., Jus Cambiale Onolzbacense cap. 4. art. 2., Ordin. Camb. Hanoviensis §. 16. Ordin. Camb. Gothanae §. 13., Ordin. Camb. Francofurtensis §. 34. q), pluresque aliae. Certe hae legum dispositiones naturae negotii Cambialis quam maximae sunt adcomodatae, favor enim caufarum ad mercaturam et negotiationem spectantium requirit, ut modus disceptandi celer atque expeditus sit. Et cum hac ex causa processus executivus in Cambiis locum habeat, exceptiones altioris indaginis non admittantur, sed, nisi confestim jure, aut ex documentis, aut propria confessione perspicuae et liquidae sint, modo ad reconventionem, modo ad separatum iudicium remittantur, nec demonstrationi per testes, nec iurijurando in regula locus sit, aequissimum etiam est remedia juris contra sententiam praetense gravantem interposita effectum suspensivum non habere. Concordat cum legibus Imperii

C

rii



rii supremorum Imperii Tribunalium praxis, in his enim propter
 appellationes in causis Cambialibus mandata inhibitoria non decerni
 certum est r). Ex his omnibus ita licebit concludere: Cum cer-
 tum sit ex praescripto Legum Imperii appellationem in causis cam-
 bialibus effectum suspensivum non habere, et particularibus insti-
 tutis deficientibus ad leges Imperii esse recurrendum, eo certius et-
 iam in terris Moguntinis dispositioni Recessus Imperii novissimi
 quoad appellationis effectum in causis cambialibus erit insistendum,
 quo clarior est supra allegata Eminentissimi Archiepiscopi et Elec-
 toris Moguntini JOANNIS PHILIPPI constitutio disertissimis verbis
 disponens, ut in causis quibuscunque, ubi legibus Moguntinis ali-
 ter, et quidem in specie ac verbis expressis provisum non fuerit,
 ad Normam Recessus Imperii novissimi agatur, procedatur, et dec-
 idatur. Accedit adhuc porro, quod non tantum consensus ordi-
 nationum Cambialium jus quoddam commune cambiale constituat,
 sed et in judiciis Moguntinis ordinatio cambialis Francofurtensis,
 quatenus lege particulari aut observantia aliud introductum non est,
 pro norma decidendi controversias cambiales sit recepta, hujusque
 dispositio non tantum nulli dubio sit obnoxia, sed insuper etiam na-
 turae negotii cambialis prorsus conveniens. Denique cum Augu-
 stissima Imperii Tribunalia appellationem in causis cambialibus tan-
 tum quoad effectum devolutivum admittant, merito id ipsum in
 Statum Imperii iudicium erit observandum. Equidem non ignoro
 illos, qui pro appellationis effectu suspensivo in causis Cambialibus
 in terris Moguntinis locum habente pugnant, fundamentum sen-
 tentiae suae in eo ponere, quod Recessus Imperii novissimus de
 Emporiis tantum (Handelsstädte) e. c. qualia sunt Francofurtum,
 Lipsia, Lubeca, Brema, Hamburgum, et similia disponat, pro-
 inde ad civitatem Moguntinam, quae ad hanc emporiorum classem
 non pertinet, haud sit extendendus. Verum vehementer dubito,
 num civitas Moguntina e classe emporiorum prorsus expungi abs-
 que injuria queat. Negari non potest commercia in Germania pri-
 cipuam Moguntiae fuisse deprehensam r), atque inde non tantum
 per vicinas Germaniae, Alsatiae, Lotharingiae et universi Belgii
 provincias, sed per Galliam quoque, imo totius Europae Regna
 merces

merces fuisse dispensatas t). Equidem florentissimus hic commercii Moguntini status per varias insequentium temporum injurias magnopere fuit imminutus, inde tamen inferri non potest, eum tantam passum esse immutationem, ut civitas Moguntina hodiernis temporibus nequidem emporii nomine venire possit. Quis ignorat gloriosissimae memoriae Electoris *Friderici Caroli* de commercio moguntino merita? quis ignorat eum subditos suos, quorum genitus a natura ad artificia et mercaturam factus est compositus, excitasse, multas officinas fabricantium undique conquistorum in civitate hac, quam naturalis situs ad germaniae emporium destinat, instituisse, et, ut faciliorem artefactorum distractionem redderet, civitati de hospitibus providisse, integrioresque leviori simul pretio merces inferri fecisse, et vini aliarumque rerum commercia promovisse, haecque in favorem commercii coepta sub gloriosissime regnante Electore nostro *Friderico Carolo Josepho*, institutis cujuscunque generis saluberrimis de subditis suis immortaliter merito indies nova capere incrementa? Floret certe Moguntiae duplex mercatorum Collegium quorum primum (*der Handelstand*) dictum, privilegiis prorsus insignibus est condecoratum, hoc in suo corpore membra numerat quae in mercatorum numero illustrem occupant locum, celebrat hoc collegium suos conventus speciales; floret iudicium mercantile, causisque cambialibus et mercaturam concernentibus specialia fora sunt assignata, in quibus executive, ut in emporiis aliis et ad normam ordinationis cambialis Francofurtanae proceditur, et judicatur; celebrantur binae annuatim pundinae, jus generarii et Stapulae quotidie exercetur, vix ergo quidquam ad notam Characteristicam emporii, *si Estori u)* credimus, deficit. Non diffiteor commercium Lubecae, Hamburgi, Francofurti, similibusque in urbibus florens longe antecellere illud, quod Moguntiae viget; verum exinde concludi non potest Moguntinum emporiorum numero haud esse adscribendum. Praeterea etiamsi concederem Moguntiam nomine emporii proprie talis non venire, tamen ex citato, s. Recessus Imperii novissimi nil contra assertum meum evinci posset, nam in hac lege Imperii emporiorum mentis tantum in verbis enunciativis fit, et quidem ex ea tantum ratione, quod Cambialis justitiae usus plerumque tantum in emporiis obtineat,

inde autem non sequitur hanc legis dispositionem non etiam in aliis civitatibus, quae jure Cambiali utuntur, haud esse attendendam, cum tamen in iis eadem ratio legis, ut nempe fides illibata maneat, et civis ab incauto debita contrahendi pruritu arceantur, subintret. Denique, si in civitate quadam jus cambiale receptum sit, atque secundum ejus rigorem procedatur, etiam in eo, quod appellatio effectum suspensivum non habeat, juri Cambiali erit infittendum.

- a) *in seiner Einleitung in das gemeine und Baiserische Wechselrecht. Regensburg 1784. pag. 257. §. 326.*
- b) SIEGEL *de fundam. judic. pecuniae deposit. in processu camb. jure elect. Sax. admittendo.* ANDR. ELIAS ROSMANN *de valore Cambii in Imperio.* Erlang. 1765.
- c) UHL *in der zweyten Fortsetzung des Siegelischen corp. jus. camb. p. II — 18.*
- d) *der ff. Reichstadt Frankfurth am Mayn erneuerte und vermehrte Ordnung in Wechsel- und Kaufmannsgeschäften etc.* §. 33. 35.
- e) SIEGEL *in corp. jur. camb. T. I. p. 168. seq.*
- f) SIEGEL *l. cit. T. I. p. 388. art. 4.*
- g) *Ibid. p. 404. art. 62. Jülich- und Bergische W. O. 1726. art. 60.*
- h) *Stralsundische revidirte Gerichts-Ordnung cap. II. §. 17.*
- i) SIEGEL *T. I. p. 364.* UHL *l. cit. cont. 2. p. 60.*
- k) SIEGEL *T. I. p. 323. 324. 327.*
- l) *Idem T. I. p. 361. cap. 10. §. 2.*
- m) UHL *Cont. 2. p. 66. 67.*
- n) SIEGEL *T. I. p. 380. art. 42.*
- o) *Erste Sammlung der in Polizei- und Commerciën-Sachen erlassenen Kurfürstl. Mainzischen Verordnungen. p. 34. seq. p. 43. seq. p. 272. seq. p. 301. seq.*

p) l. cit. p. 439.

q) in verbis: So viel aber insonderheit die vorgemeldte Provocationes, Revisiones et Transmissiones Actorum, nec non Appellationes von denen in klaren Wechsel-Sachen bey unsern Burgermeisterlichen Audienzien, oder unsern Schultheiß und Schöffen ertheilten Bescheiden und Decretis executivis anbetrifft, so soll denselben, wann die Briefe von dem Schuldner recognosciret, und von ihm keine in Wechsel-Sachen zulässige exceptio in continenti erwiesen worden, nach Maßgebung des jüngern Reichsabschieds de A. 1654. §. 9. kein effectus suspensivus verstatet, sondern derselben ohngehindert von dem Richter erster Instanz, auch noch im laufenden decendio, der condemnirte Wechsel-Schuldner zur Zahlung oder Deposition der Wechsel-Schuld, mit oder ohne Caution des Glaubigers, nach der Sachen Befind- oder Ermäßigung executive angehalten werden.

r) PÜTTER Nov. Epitom. Proc. Imp. l. 3. c. 5. §. 395.

s) OTTO FRISINGENSIS tit. I. C. §. 2. et 53.

t) conf. perill. Horix in histor. mundin. Moguntin. delineatione §. 8.

u) in der reutschen Rechtsgelahrheit 3. Th. §. 210. in verbis: Hierzu (nemlich) den Handelsstädten kommen noch diejenige, welche Meßfreiheiten und Stapel- auch Kranen-Gerechtigkeit haben.

OBSERVATIO V.

AD §. CX.

AMICABILIS COMPOSITIO IN QUACUNQUE CAUSA
DUBIA A JUDICE EST TENTANDA, QUO AU-
TEM TEMPORE HOC FIERI DEBEAT, AD JUDI-
CIS ARBITRIUM REDIT.

Judicis decisionem qui expectant, suum jus per longa saepe tem-
poris intervalla in incerto vident, multis expensis onerantur, et,
fi

si ea, quae litibus plerisque accedere solent, spectentur, avocatione a melioribus negotiis premuntur, odia incurrunt, et animum exulceratum habent. Quodsi autem partium placito incerta res finitur, multa omnino incommoda evitari exploratum est a). Inde impetrantibus non est visum sufficere, ut variis legibus, quominus transactiones perfectae labefactentur, impedirent: verum etiam de mediis, quibus ad utilissimam hanc conventionis speciem invitentur cives, prudenter cogitarunt. Unde variis legibus de lite amice componenda litigantes diligenter admonere, illisque litium incommoda ab oculos ponere iudices jubentur. Extant eam in rem juris canonici praecepta b) et juri romano prorsus est consentaneum c). Jura etiam Germanorum propria et domestica hac in re cum juri- bus illis receptis tanto magis amice conspirant, quanto majori hu- jus originis gentibus diuturni processus fastidio erant d), et quo certius illi, quippe de commodis transactionum et multiplicibus processuum molestiis persuasi, modicum quoddam ex transactione percipiendum lucrum, sententiae iudicis, quae fortassis magis fa- vorabilis, et cum majori lucro conjuncta esse potuisset, multiplici respectu praeferendum putabant. Hanc Germanorum mentem satis superque explicant notissimae juris germanici paraemiae: *es ist besser ein magerer Vergleich, als ein festes Urtheil; es ist besser ein halb Ey, als eine ledige Schale e)*. Et tantum abest ut jura ger- manica recentiora non eundem ubique prodant transactionum favo- rem, ut potius in ipsis Imperii legibus saluberrimae proflent ad lites amicabiliter sopiendas dispositiones. Sic e. c. in Reecessu Im- perii novissimo §. CX. iudicibus serio inculcatur, ut in omnibus rebus dubiis non in primo solum termino, sed etiam in quacun- que iudicii parte transactiones inter partes omni molimine tentent. Te- nor verbalis hujus legis hic est: *Soll der Richter erster Instanz die Parteyen in zweifelhaften Sachen, nicht allein vor angefangenem Rechtsstand und Litis Contestation, sondern auch in quacun- que parte Judicii, durch alle dienliche Mittel und Wege, auch schiebliche Er- innerungen, in Güte voneinander zu setzen, und hiedurch alle weitläufige kostspaltige Rechtfertigung zu verhüten sich be- fleissen; jedoch ehe dann er die Güte den Parteyen vorschlägt, vorhero in den Sachen sich wohl informiren; und sein Absehen bey die- sen*

fen gütlichen Vergleich dahin jederzeit sorgfältig stellen, damit die eine öffentlich ungerechte Sache führende Parthey zu demselben nicht gelassen, noch der rechthabende Theil damit beschwehrt, noch auch die Justiz, wider des andern Theils Willen, verzogen werde. Idem in ordin. Judicii imperial. aulici f) sancitum legimus in verbis: Diexweilen aber der Billigkeit nicht zuwider, sondern vielmehr an ihm selbst nützlich, und den Partheyen, zu Ersparung vieler Zeit und vergebene Unkosten fürträglich, auch bey allen wohlverordneten Gerichten löblich Herkommen, die streitige Sachen zur gütlichen Handlung und Vertrag zu weisen, (jedoch daß keine Parthey wider ihren Willen zu einigem Vergleich getrungen werde, so sollen unsere Reichs - Hof - Rätthe sich dessen nach Gelegenheit, sonderlich aber auf der Partheyen Anrufen zu gebrauchen nicht außer der Acht lassen. Quid quod in ipsa adeo Revisionis instantia tentandam esse amicabilem definit R. I. N. CXXXIII. in verbis: Sollen die Revisores zwischen den Partheyen, die sich zu solchem Ende einfinden möchten, jedoch ohne Aufzug und Hinderung anderer Sachen die gütliche Vergleichung, sonderlich in den wichtigen Sachen, vor allen Dingen versuchen. Cum his Imperii nostri legibus amice etiam conspirant spreta contraria CHRISTIANI THOMASII g) sententia jureconsulti fere omnes, imo et ipsa jura provincialia h), atque inter haec etiam jus Moguntinum, quod in ordinatione Judicii Electoralis aulici i) sequentem in modum constituit: Wir setzen, ordnen und wollen, daß unser Hofrichter, Präsident und Beysitzere allen möglichen Fleiß anwenden sollen, die Partheyen in zweifelhaften Sachen (jedoch ohngehindert des rechtlichen Proceß) in quacunque parte Judicii durch alle dienliche Mittel und Weg, auch verschiedene Erinnerungen und Vorschläge in der Güte voneinander zu setzen, und hierdurch alle weitläufige kostbarliche Rechtfertigungen zu verhüten, jedoch ehe sie die Güte denen Partheyen vorschlagen, vorhero sich in der Sache wohl informiren, und ihr Absehen bey diesem gütlichen Vergleich dahin jederzeit sorgfältig stellen, damit die öffentlich rechthabende Parthey dadurch wider Billigkeit nicht beschwert, noch auch die Justiz wider derselben Willen verzogen werde. Sane vix ulla est in vastissimo juris Campo materia, in qua unanimis adeo legum tam peregrinarum receptarum, quam dome-

stica-

ficarum, uti et jureconsultorum reperiatur consensus. Mirandum proinde maximopere est a jure tam plano, tam utili et ita universali praxin adeo deflectere, hasque saluberrimas legum constitutiones in tritura forensi passim negligi; quodsi enim judicium ecclesiasticum ad decidendas causas matrimoniales constitutum exceperis, in quo partes litigantes semper in primo termino in persona propria comparere tenentur, atque inter eas amicabile a iudice ex officio tentatur, vix ullum deprehendes aliud, in quo Imperii et patriae legum vigeat hoc in puncto observantia, nam fere nunquam de amibili tentanda cogitat iudex, nisi vel articulus controversus sit de apicibus juris et adeo subtilis, ut ob rationes hinc et inde militantes, utri assentiendum sit, haud appareat, aut lis inter personas proxime conjunctas subvertatur, aut lis jam diu inter partes duraverit, et tam intricata sit, ut propter difficultates, quae illam premunt, certa et prorsus definitiva decisio a iudice inveniri nequeat. Observat igitur praxis id tantum per modum exceptionis, quod per modum regulae ex legum praescripto observare deberet. Optandum proinde foret, ut amicae inter litigantes compositionis tentandae institutum, utpote salutis publicae, et partium ipsarum utilitati quam maxime accomodum in usum per generis cujuscumque leges ita commendatum, denuo revocaretur k). Regulam hanc limitationem quandam pari in causis cambialibus, executivis, similibusque aliis moram non ferentibus res ipsa loquitur l). Unicum adhuc, antequam hujus observationis filum abrumpam, paucis indagandum est, num scilicet amicabile compositionis tentatio statim post oblatum ab actore libellum, an demum prolatis a reo exceptionibus sit peragenda. Exquisivit nuper super hac quaestione Eminentissimus ac Celsissimus Princeps et Elector noster votum iudicii aulici, quod, quantum ego scio, necdum est expeditum. Si in re non exigui momenti et neque in positivis legibus, neque in legislatoria jurisprudentia satis determinata, mihi mentem meam aperire liceret, dicerem ego, quaestionem, quando, et in quo termino amicabile compositio sit tentanda, unice arbitrio iudicis esse relinquendam, et id unicum iudicis officio esse inculcandum, ne causam quandam dubiam sententia sua definiat, quin praecesserit amicabile compositionis tentatio. Ea est causarum quarundam in-

doles

doles, ut partibus etiam oretenus tantum auditis iudex sat exactam causae litigiosae cognitionem habere possit, e. c. si omne litis punctum in quaestione juris, legibus non sat clare definita, et inter jurisconsultos pragmaticos valde controversa consistat. Quid in tali casu obstet, quominus iudex statim in primo termino, et antequam reus exceptiones suas proposuerit, sicque in ipso iudicii limine litis amicabiliter componendae periculum facere possit? cur non idipsum fieri quoque possit, quando iudex advertit, expensas potius, quam ipsum principale litis objectum, aut damna et animorum exacerbationem amicae compositioni procrastinatae fore impedimento. Dantur autem et aliae causae, ubi informatio iudicis super puncto inter partes controverso est multo difficilior, atque ante prolatas a reo exceptiones quodammodo impossibilis. Quae jam speranda foret utilitas, quis fructus ex amicabile compositione tentata, ubi qualitas litigii prorsus adhuc est incognita iudici. Negari porro non potest, dari causas, momento suo ita arduas, ut genuina status controversae idea formari haud possit, nisi partes plene sint auditaе, sicque causa ad decisionem prorsus sit matura. Potest etiam accidere, ut per tractum temporis demum calor deferbeat, ut jam ante sententiam facilis reddatur amica compositio, quae tempore litis motae moraliter videbatur impossibilis. Nonne jam prudentius agit iudex, si hoc temporis punctum amicae compositioni favens expectet, quam si eligat illud, ubi tentando amicabilem, paci plus nocet, quam proficit. Eadem etiam ratione res se habet in appellationis instantia. Quandoque in appellationis libello unico recoquantur ea, quae in actis prioribus jam fuere proposita, ut proinde iudex ex sola actorum primae instantiae perfectione plenissimam causae controversae cognitionem habere possit; quandoque econtra novorum, quae in appellatorio proponuntur, tantus est numerus, tanta arduitas, ut causa prorsus nova exinde exsurgat. Cur in primo casu iudex non statim in litis exordio, et necdum propositis a reo exceptionibus tentet amicabilem, quam ipsam in casu altero eadem ratione tentando negotium suscipit prorsus inutile, prorsus otiosum? Atque haec ipsa legum imperii mens mihi esse videtur, ut quippe velint amicabilem compositionem in quacunque causa dubia ante sententiam saltem esse tentandam, ut tamen iudicis

D

arbitrio

arbitrio relinquatur, in quo temporis puncto ab hoc tentamine fructum a lege intentum probabilius sperari posse existimet, certe ordinat. jud. imp. aut. l. cit. per verba: *Nach Gelegenheit*, verbis sat claris definit, quo amicabilem compositio tentanda est, arbitrio iudicis esse relictum. Neque alia mihi videtur esse mens *Recessus imperii novissimi*, vult enim amicabilem compositionem demum tunc esse a iudice tentandam, quando super statu causae sat idonee erit informatus. Cum autem hoc pro diversitate causarum diversum sit, necessario hic iudicis arbitrio locum relinquere oportebat. Id ipsum etiam statuere videtur *Ordinatio Iudicii Electoralis aulici Moguntini. l. cit.* nullum enim determinat tempus, quo praecise haec amicabilem compositio tentanda sit, potius vult eam in quacunque iudicii parte, semper tamen a iudice sat informato, fieri posse. Neque ab hac sententia abluat *ordinat. process. Erfurtenfis*, quae dubium, super quo votum iudicii Electoralis aulici Moguntini exquisitum fuit, movit; licet enim *Tit. VIII.* definiatur, *daß in Sachen wegen welchen sich Streit ereignet, vor allen Dingen die Güte tentiret werden solle*, tamen hoc semper ita erit intelligendum, ut amicabilem compositionis tentatio non nisi a iudice sat informato sit peragenda; hoc ipso autem tempus, quo hoc negotium sit expediendum, ab arbitrio iudicis dependere jamdum deduxi. Certe haec *Ordinatio processualis* a legibus imperii disertis verbis non recedit, erit igitur juxta hermeneuticae regulas ad harum mentem explicanda, praecipue cum pleraeque provinciarum germanicarum leges in hoc conspirent, et nonnullae e. c. *ordin. Tribun. Wismar. m)*, *ordin. Proc. Molhus. n)* aliaeque plures disertis verbis id definiant. Faceat itaque scrupulosa jurisprudentia, atque iudicis prudentiae et arbitrio, uti in multis aliis ita et in hoc puncto relinquamus locum, ne certa definitione determinando, quod per naturam rei vix determinari potest, charybdin evitaturi in scyllam incidamus. Nec movent quae in contrarium opponunt *ZASIUS o)* et *STEPHAN NATHEN p)*, dum dicunt: non decere iudicem partes ad concordiam disponere, postquam merita causae didicerit; nam etsi iudex, quid pronunciandum sit, sciat, lis tamen non statim finita est, nam et metus litis, et appellationis legitima sunt amicabilem compositionis causa. Neque autoritate jurisconsultorum,

fi quod ei pondus infit, desituo, nam inter alios BRANDTIUM q) DREYERUM r) BERNARDUM SCHULTZEN s) habeo consentientes.

- a) ZIEGLER in *dicast. concl.* 22. §. 1.
- b) *Cap. ult. de transact. cap. 2. de arbitr. cap. 1. de mutuis postion.*
- c) *L. 13. §. 3. de usufr. L. 21. de reb. cred. Nov. 80. c. 2.*
- d) CONRINGIUS *de veterum germanorum judiciis* §. 18.
- e) conf. HERTZIUS in *Paroem. jur. germ. l. 1. nro. 2.* et JOH. FRID. EISENHARDT in *den Grundsätzen der teutschen Rechte in Spruch-Wörtern. VI. Abth. nro. 8. et 9.* ubi in fine numeri octavi adhuc addit: Sonst pflegt man auch zu sagen, wer will hadern um ein Schwein — der nehme eine Wurst und laß es feyn.
- f) *Tit. 2. §. 5.*
- g) in *diff. de protractione justitiae per amicabilem compositionem partium litigantium a judice tentanda.*
- h) *Codex Frideric. P. IV. tit. 7. §. 1. seq. ordin. Proc. Elect. Sax. Tit. 1. Jus Provinc. Würtemb. 8. 1. Tit. 1. §. 1. ordinat. processualis curiae provincialis Jenensis c. 3.* Adeat, cui plura hanc in rem statutaria jura legere volupe est, BRANDTIUM in *diff. de amicae inter litigantes compositionis tentamine. Wetzl. 1756. C. 3. §. 24.*
- i) *Tit. XXII. §. 1.*
- k) *Necessitatem et utilitatem hujus medii inter alios evicere BRANDTIUS in diff. cit. Jo. CHRIST. BENNEMANN unvorgreifliche Gedanken über die von THOMASIO gehaltene Disputation von Verzögerung der Justiz. 1724. PAUL. WILH. SCHMIDT de officio et jurisprudentia judicis circa amicabilem compositionem. Jenae 1747. Jo. CARL DREYER de tentatione amicabilis compositionis inter litigantes legitimo litium minuendarum remedio. Kil. 1748.*

l) cl. JUSTUS CLAPROTH *in der Einleitung in den ordentlichen bürgerlichen Proceß*, 1. Th. 2te Abtheilung pag. 141.

m) *Part. II. Tit. VII. §. 2.*

n) *Tit. I. §. 19.*

o) *in L. si convenerit. 29. ff. de re judic. n. 15.*

p) *de instit. vulner. p. 2. tit. 2. c. 18.*

q) *in diff. cit. §. 93. seqq.*

r) *in diff. cit. §. 10.*

s) *in diff. de amicabile compositione pag. 62.*

OBSERVATIO VI.

AD §. CXXIV. R. I. N.

REMEDII REVISIONIS HABET EFFECTUM SUSPENSIVUM.

Quaestio est in ipsa adeo praxi Moguntina in hunc usque diem disceptata, necdumque satis determinata, an remedium revisionis adversus sententias a judiciis supremo Revisionum Tribunali Moguntino subordinatis, latae, interpositum effectum tantum devolutivum, an simul etiam suspensivum habeat. Qui effectum unice devolutivum huic remedio adscribunt, fundamentum sententiae suae potissimum repetunt ex *Recessu imperii novissimo §. 124.* vi cuius petita revisione hodie regulariter devolutivus tantum effectus obtinet, cessante prorsus suspensivo a), dummodo pars victrix, executionem latae sententiae petens cautionem b) de restituendo in casum succumbentiae praestiterit. Verba hujus legis haec sunt! *Nach Beratschlagung des puncti Appellationis, haben wir mit Churfürsten und Staenden, und der abwesenden Rath und Gefandten, wegen*

wegen Abkürzung der Revisionen und Befoerderung der Execution über die gesprochene Urtheil, in reifer Ueberlegung, wie die vielfactige Revisiones zu verhindern, und denselben zu begegnen seyn moechte, uns dahin verglichen; sezen, ordnen und wollen auch, daß gleichwohl der effectus suspensivus bey den gesuchten Revisionibus wider die Cammergerichtliche Urtheil ins künfftig aufgehoben seyn, und allein devolutivus statt finden soll; jedoch mit der Condition, daß die Parthey, vor welche die sententia gesprochen, and von der die Execution begehrt wird, genugsame Caution de restituendo, auf den Fall der Verlostigung der Sache, in dem Revisionsgericht leisten soll. Effectum suspensivum cessare, statuit quoque Capitulatio augustissimi Imperatoris JOSEPHI II c). Ex hoc Recessu Imperii novissimo ita concludunt: Certum est ex dispositione hujus legis Imperii remedium revisionis tantum devolutivum, neutiquam vero suspensivum effectum operari. Jam cum gloriosissimae memoriae Elector JOANNES PHILIPPUS in constitutione supra allegata expressis verbis fanciverit, dispositionibus Recessus imperii novissimi stricte esse insistendum, ubi lege quadam Moguntina contrarium verbis omnino disertis statutum non fuerit, atque leges Moguntinae quaestionem, an remedium revisionis devolutivum tantum, an simul suspensivum effectum involvat, aperte non deciderint, standum erit clara dispositione Recessus imperii novissimi. Verum hac ratione, utut primo obtutu valde ponderosa, non obstante, probabilis mihi videtur remedio revisionis facta ad supremum quod Moguntiae floret, Revisionum Tribunal provocatione, non devolutivum tantum, sed suspensivum insimul effectum inesse. Exponam paucis, quae mihi sententiam hanc prae altera reddunt probabiliorem. In ordinatione Judicii Electoralis aulici Moguntini Tit. XXXIV. §. 2. sequentem in modum est dispositum: Da nun verschiedentlich wahrgenommen worden, daß die Parteyen und Procuratores sich dieser gegönnten Beneficii revisionis zur bloßen der Sachen Auffenthalt und äußersten Schaden, ihres Gegentheils bedienen, Revision zwar interponiren, auch dessen geschehene Interposition bey dem Hofgericht anzeigen, solche aber hiernächst nicht prosequiren, auch wohl es ehender nicht, als nach Ablauf vieler Monathen der bringen, hierdurch aber das Gericht in Erkennung der
Execu-

Executions - Processen gehemmet und überhaupt die Vollstreckung der heilsamen Justitz vielfaeltig ins Stecken gerathet; so solle derjenige, so Revision zu suchen gemeynnt, nach derselbigen bey unserm Revisorio geschehenen Interparierung, innerhalb 2 Monathen von Zeit der gesaellten Urthel an, solches unserm Hofgericht gehörig anzuzeigen, und einen leiblichen Eyd zu Gott abzuschwören, daß er es nicht freventlich noch zu Auffenthalt der Sachen thue, schuldig seyn. Ex hoc tenore legis evidenter omnino inferri, quod remedium revisionis, quo in terris Moguntinis utimur, non devolutivum tantum, sed et suspensivum effectum habeat, mihi certum omnino ac indubitatum viderur. Nam, si, prout hic disertis verbis adfruitur, contingat, Judicium Electorale anlicum propter interpositum revisionis remedium impediri, quo minus sententiam a se latam executioni mandare possit, necessaria fuit consequentia, remedio revisionis suspensivum effectum inesse, siquidem alias praestita a parte vidricae cautione locus foret executioni. Frustra ergo stante hac prorusus clara legis Moguntinae dispositione ad Recessum Imperii novissimum, quippe qui tantum in illis casibus, ubi lex Moguntina deficit, normam facit, provocatur. Varias sunt revisionum species, prout vel tanquam speciale remedium constitutum est adversus sententias Camerae imperialis; vel prout ex Juris communis rationibus adoptatum est in judiciis statuum imperii, in quibus modo ordinarii modo extraordinarii remedii rationem habet d). Certe Recessus Imperii sententias Judicii Camerae imperialis interpositum; quae ergo de speciali hoc remedio ibidem sunt constituta non possunt extendi ad judicia revisoria statuum Imperii a revisionibus Cameralibus diversissima. Accedit, quod interposita adversus sententiam Cameralem revisione revisus ad elidendum revisionis effectum suspensivum sufficientem statim offerre debeat cautionem, atque in hac re declarationis monitorumque, quibus impugnari solet cautio a revidente, habeatur ratio; unde novum saepe inter procuratorem et notarium, in puncto cautionis, disceptationis argumentum oritur e). Id ipsum etiam subintrare deberet, si remedio revisionis in terris Moguntinis effectus suspensivus denegaretur. Hac ratione autem
facillime



facillime evenire posset decisionem litis super puncto cautionis or-
 tae in longius tempus protelari, quam si concesso effectu suspen-
 sivo causa statim ad supremum revisionis Tribunal, utpote in quo
 vix unquam causa utut ardua ultra anni dimidium indecisa manet,
 fuisset delata. Infirmetas tali, quo argumentum ex Recessu Impe-
 rii novissimo desumptum nititur, ulterius adhuc elucescit ex eo,
 quod ponderosa certe sint momenta eorum, qui cum Jo. HENR.
 BOCRISIO f), Jo. GE. SELIG g), HILTROPIO h), GALLIO i),
 MINDANO k) aliisque contendunt ipsi adeo remedio revisionis ad-
 versus sententias Camerales interposito hodiernis temporibus effe-
 ctum suspensivum perfecta genuina Recessus Imperii novissimi
 mente inesse. Denique aequitatem, quod remedio revisionis ef-
 fectus suspensivus tribuendus sit, variae ordinationes provinciales
 agnovere. Inter reliquas de Bavaria id testatur Perill. L. B. DE
 KREILLMAYR l) in verbis: *Anfänglich hatte das Revisorium nur
 effectum devolutivum, nicht suspensivum, und mußten also die Er-
 kanntnüssen, worüber Revisio Actorum gesucht wurde, vi Decreti
 vom 4ten Decembris 1627. praestita sufficiente cautione in casum
 succumbentiae ad Executionem gebracht werden, welches man aber
 vermög weitem Decrets vom 27. Nov. 1657. ersilich in causis ordi-
 nariis, und endlich per Decretum vom 5ten Mayi 1750 §. 3. auch
 in causis Summariis wegen der vielen Weitläufigkeiten, so sich ge-
 meiniglich über den Punctum Cautionis ergeben haben, dergestalt
 abgeändert hat, daß das Revisorium nunmehr von selbiger Zeit
 an durchaus effectum suspensivum gaudirt. Idem etiam novissime
 statuit serenissimus ac eminentissimus Elector Colonienfis MAXIM-
 LIANUS FRANCISCUS in ordinatione Judicii Revisorii 7ma die Junii
 1786 condita Tit. IV. §. 27. in verbis: *Sobald der Revi-
 dent dem Unterrichter durch ein Zeugniß des Revisorii bescheuni-
 get, daß er die Revision förmlich eingelegt hat, kann der Un-
 terrichter mit Vollstreckung seines Urtheils nicht fortfahren, son-
 dern muß alles im vorigen Stand belassen; cui etiam concordat §. 5.
 ejusdem tituli. Statuendum mihi itaque videtur remedio revisio-
 nis in regula effectum suspensivum esse tribuendum, hancque uni-
 cam admittendam esse exceptionem, quod in illis tantum causis, in
 quibus appellatio effectu suspensivo destituitur, in iisdem etiam**

iam revisio eodem destituatur, sicut enim appellatio et revisio eatenus comparantur, ut jus appellandi sit norma quae definit causas revisibiles, ita et appellatio dicenda erit revisionis norma in eo, ut in omnibus causis, in quibus appellatio saltem quoad effectum devolutivum locum habet, in iis etiam revisio quoad effectum devolutivum tantum admittatur. Quae in contrarium ex Nov. 119. C. 5. et Anth. quae supplicatio de Prec. Imper. offer. proponit HENR. DE COCCEJI *m*) non curo, cum ipse fateri debeat l. cit. §. 21. remedium illud supplicationis et retractionis, de quo leges romanae loquuntur, ab hodierna revisione summopere differre, nec hae leges romanae quidquam contra diserta ordinationis iudicii electoralis Moguntinae verba efficere possint. Plura adhuc circa usum Recessus Imperii novissimi in terris Moguntinis afferri possent, sed et temporis et instituti ratio jubent vela contrahere. Sufficiet ergo *Tantum.*

- a) BÖHMER in *diff. de majestate imperii magistratuum majorum cap. 2. §. 6.* NEUROD *l. cit pag. 505.* DE LUDOLFF in *observationum forensium supplem. o. 400. Cor. 3.* JO. MICH. FRIDR. LOCHNER in *problematibus juris publici ad Jo. HEUMANNUM probl. 6.*
- b) De hac cautione vid. MAURITIUS in *notis ad Capitulation. Leopold. art. 42. pag. 880. dissertation. et opusculor.* CLAUDER de *sententiis paritorii in Camera imperiali usitatis cap. 2. §. 16.*
- c) Art. 17. §. 2. in verbis: *wiewohlen aber oberstandener maßen das beneficium revisionis et supplicationis im Reich statt hat — damit jedoch dadurch die abgeurtheilte Rechtfertigungen nicht wieder zur Bahn gebracht, noch die erhobene Streitigkeiten am kaiserlichen Cammergericht oder Reich-Hofrath gar unsterblich, oder die Justiz kraftlos gemacht werden mögen, so wollen wir sothane Revisiones nicht allein nach aller Möglichkeit beschlesnigen, befördern, und die Revisores durch gebührende Mandata; so oft es vonnöthen dazu anmahnen, sondern auch zu desto mehrerer Abkürzung solcher Revisionen des Kaiserlichen Cammergerichts, die desfalls in dem Reichsabschied de anno 1654.*

1654. beliebte und noch ferner beliebende Ordnung genau in acht nehmen, und demselben keinen effectum suspensivum zusehen.

- d) conf. celeb. G. L. BÖHMER in *diff. de remedio revisionis speciatim ex jure Hamburgensi. cap. I. §. 4.*
- e) conf. celeb. Jo. STEPHAN PÜTTER in *conspectu rei judicariæ Imperii. p. 250.*
- f) in der Abhandlung: *Reichsgesetzliche Prüfung der Frage: ob nicht denen Remediis revisionis et supplicationis nach dem eignen Sinnde der Reichsgesetze noch heut zu Tag der effectus suspensivus ordnungsmäßig zu vergönnen, und in welchen Fällen auch an solcher Wirkung die Berufungen auf den Reichs-Tag Theil nehmen. Lips. 1751.*
- g) in *diff. de revisione actor. propter deneg. restit. in integ. Marb. 1747.*
- h) *P. III. Tit. XVI. n. 9.*
- i) *Lib. I. obs, 154.*
- k) *de Mandatis cap. 28. pag. 179.*
- l) in den Anmerkungen über den *Codicem juris Bavarii judicariæ cap. 15. §. 12.*
- m) in *diff. de revisoriis judiciis §. 23.*


Johann Philip von Gottes gnaden Erzbischoff zu Mainz, und Churfürst, Bischoff zu Würzburg und Worms, und Herzog zu Francken.

Infern grueß zuvor wohlgebohrner, Beste Ehrfame und hochgelehrte liebe getreue, Vns ist ab Ewerm an Vns ohnlängsthin gethaner vnterthenigsten schreiben gehorsamst referirt worden, wessen Ihr euch wegen der fatalium persequendarum appellationum, nachdem in Vnsferer, nach dem letztern Regenspurgischen Reichs-Abschied de Ao. 1654. erneueter Hofgerichts-Ordnung derentwegen außstrucklich nichts statuirt und verordnet worden, underthänigst befragen, nach welcher gestalt Ihr dabey des zwischen den Meßgern eines- und denen Eilff Gemeinden in Vnsrer Statt Erfurt andern Theils an Vnsrem Hofgerichte in Rechtfertigung stehenden, einen Wasen vorm Andresthor daselbst betreffenden processus erwehung thun wollen;

Obwoh

Obwohlt Ihr nun in sothanem Ewerem schreiben vermeld, daß, weilen in berührter Unserer erneueter Hofgerichts-Ordnung des fatalis prosequendae halber nichts disponirt worden, Ihr bey dem an Unserm Hofgericht üblich gewesenen Stylo verblieben, dergestalt, daß, wann nicht yeden Jahrs per alterum procuratorem umb prorogation berührter fatalium prosequendae zeitlich genug angeruffen worden, Ihr alsdan nach verordnung der Kayserl. gemeiner beschriebener Rechten super desertione gesprochen.

Nachdemahlen aber in angezogenem Regenspurgischen Reichs-Abschied als lege Imperii pragmatica klar versehen, daß Chur-Fürsten und Stände bey Ihren Gerichten die Verordnung thun sollen, damit bey denenselben, so viel möglich, die Norma des Cammergerichtlichen processus observirt werde, und dane nicht allein daselbst, mehr berührtes fatale in Keiner übung ist, sondern Wir auch bey abfassung vorbesagter Unserer erneueter Hofgerichts-Ordnung keine andere meinung gehabt, dan, daß, auferhalb der Uns in ein und anderm ahsonder- und außtrucklich gemachter verordnung, der disposition gemelten Reichsabschieds nach gegangen, und folglich sich in puncto fatalium prosequendae halber üblicher Cammergerichtlicher Stylus observirt, und Ihr demenach in denen seither obgemeltem letztem Reichsabschied dießfalls an Unserm Hoffgericht vorkommenden fällen verfahren, Sonsten aber den Zwischen vorgedachten Unseren Meßgern, und denen Eilff Gemeina



Gemeinden Zu Erfurth abhandenen process in Statu quo, bis auf
 Unsere anderverte Verordnung beruhen lassen sollet. Welches Wir
 Euch Zu Ewerer gehorsambsten nachrichtung gnedigt nicht verhalten
 wollen, vnd seind Euch benebens Zur gnaden, und allem guden wohl-
 gewogen. Datum zu St. Martinsburg in Unserer Statt Mains den
 5ten Decembris 1667.

Johan Philip.


[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

POST-

POSITIONES
EX
UNIVERSO JURE.

1. **J**urisprudentia naturalis in omnes et singulas jurisprudentiae partes usum et utilitatem uberrimam habet.
2. Dominium eminens ad omnia subditorum bona sese extendit, et est jus perfectum imperantis, in bona subditorum boni communis causa competens.
3. Si dubium est, an id, quod ab imperante determinatum est, salutis publicae con- vel- disconveniat, praesumptio pro imperante est.
4. Imperium Germanicum est regnum divisum in plures respublicas plene diversas, quae tamen adhuc unitae sunt in modum reipublicae compositae, sum communi supremo Imperio, monarchico, electitio.
5. Potestas, legislatoria licet sit penes imperatorem et status, imperatori tamen specialia competunt reservata.
6. Recursus ad comitia a sententiis supremorum imperii tribunalium, rarissime est fundatus.
7. Duo in imperio corpora, Catholicorum unum, protestantium, alterum, peculiari forma aliisque corporis dotibus instructum, ignorant leges imperii.

8. Per



3. Per aequalitatem artic. V. §. I. pacis Westphalicae, omnimoda, illimitata, universalis, aequalitas intelligi nequit, sed necessario intelligenda est ad formam et leges imperii, et principia cujuscunque religionis exacta.
9. Inter varia Protestantium intuitu juris sacrorum principia, illud, penes quem est regio penes illum etiam est religio est legibus imperii conforme.
10. Potestas cognoscendi de litigioso statu immediatorum protestantium matrimonio, Imperatori summisque Imperii Tribunalibus competere formae Imperii Germanici, legibusque Imperii scriptis, observantiae, denique ipsis ecclesiae protestanticae principis, exacte convenit.
11. Jus reformandi novum est pars superioritatis territorialis, unde haec regula certa est, omnis is, qui gaudet jure territorii, gaudet et jure reformandi.
12. Contra Concordata Germaniae ne minimum quidem praejudicii sine consensu nationis Germanicae permitti potest.
13. Pontifici Romano vi primatus competit facultas mittendi legatos in Germaniam, sed non nisi salvis juribus Episcoporum.
14. In controversiis electionum Episcoporum Germaniae, Catholicorum iudex est s. Pontifex, Protestantiam vero Imperator.
15. Principium: tantum valet status in territorio, quantum Imperator in Imperio, specialiter sumptum est falsum.
16. Principia juris publici naturalis ad constitutionem specialem territoriorum Imperii, generaliter non sunt applicabilia.
17. Feudum Imperii Regale a statu Imperii, absque Imperatoris consensu oppignorari integrum nequit, quoad partem tamen et sine consensu Imperatoris contra jus Longobardicum et Germanicum antiquum oppignorare licet.
18. Administratio feudi Imperii Ecclesiastici sede vacante, aut vasallo minore, aut impedito, est penes Capitulum.
19. Servitia feudalia quoad quantitatem et qualitatem determinata, nec sola Domini auctoritate auferri, nec a vasallo minui possunt.

20. Causae feudales non nisi ad curiam feudalem pertinent, vel feuda sint intra vel extra curtem sita.
21. Testamenta immediatorum Imperii, quod ad formam attinet solemnitatibus juris romani adstricta sunt.
22. Nobilis emens praedium operis rusticariis obnoxium, non potest se iisdem eximere, ob personae qualitatem.
23. Fideicommissum consensu omnium viventium de familia alienatum, revocari nequit ab illis, qui post alienationem factam, deum supernati fuerint.
24. Fundamentum Jurisdictionis patrimonialis nobilium mediatorum in concessione principis expressa vel tacita nititur.
25. Interventio principis in determinandis novis praestationibus rusticis, necessaria fieri potest.
26. In communiore bonorum universali omne aes alienum, etiam ante matrimonium, dummodo non dolose contractum, commune est.
27. Restitutio per viam exceptionis petita, ne longissimi quidem temporis spatium perimitur.
28. Jus retentionis etiam locum habet, in debito ex diversa causa orto.
29. Juramentum delatum, acceptatumque propter noviter reperta instrumenta potest revocari.
30. An pacta et transactiones antecessorum obligent successores, judicandum erit, tum ex natura pacti, tum ex qualitate successione.
31. Per litem contestationem non semper inducitur mala fides.
32. Jurisdictio iudicii Imperii aulici latius patet, quam illa Camerae Imperialis.
33. Ut in processu citationis, mandati, rescripti, decreti, ambo vel alteruter litigantium sit immediatus, juxta praxin summorum imperii tribunalium requiritur.

34. Re-

34. Revisio, sive supplicatio in iudicio Imperii aulico interposita non aequè ac in camera Imperiali effectu suspensivo destituitur.
35. Quid in iudicio Imperii aulico petita revisione observandum, et quo modo procedendum sit, interrogatus respondebo.
36. Non omnes res gratiae ad Iudicium Imperii aulicum, sed plures etiam ad Cancellariam Imperii spectant.
37. Tortura male dicitur aptissimum eruendae veritatis remedium, exceptis duobus casibus tantum admittenda, investigationis complicitum, et eruendarum circumstantiarum securitati publicae utilissimarum.
38. Problema Juris adhuc est, quid de abolitione totali poenarum capitalium statuendum sit.





ULB Halle


005 361 826



3







9
P. 508

DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE
USU
RECESSUS IMPERII
NOVISSIMI
DE A. MDCLIV.
IN
JUDICIIS MOGUNTINIS.
QUAM
SENSU ILLUSTRIS JURE CONSULTORUM ORDINIS
PRO
SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET
PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
RITE CONSEQUENDIS PUBLICAE ERUDITORUM CENSURAE
SUBMITTIT ET DEFENDIT
CHRISTIANUS ITZSTEIN
AA. LL. ET PHILOSOPHIAE MAGISTER
DIE APRILIS MDCCLXXXVII.

1787, 5

MOGUNTIAE,
EX TYPOGRAPH. ELECT. AUL. ACAD. PRIV. APUD JOH. JOS. ALEF.
HAERED. HALFFNER.

